



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

4. Quomodo Missa in præsentem modum coalita.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

cipit statim post *Sanctus* usque ad *Pater noster*. Item utraque oblatio & Evangelium. Partes ordinariae sunt, quae communiter sunt in omni Missa. Non ordinariae sunt *Gloria*, *Credo*, plures *Epistola*, plures *Collectae*. Haec enim non sunt in omni Missa. V. la Croix l. 6. p. 2. à n. 12.

4. *Quomodo Missa in presentem modum coalita*,
Partes Missae ordinant S. Petrus & Apostolus ab initio duae tantum fuerunt scilicet consecratio cum verbis propriis, sumptio sacrificantis, & oratio Dominica. Crescente cultu religionis Christianae adjecta sunt alia, quae visa sunt decentius convenire. Ab initio vero ingruentibus undique persecutionibus non erat tutum moram longam trahere in Sacrificio. V. in Gav. p. 2. tit. XV. quomodo Missa paulatim coaluerit ex additione Apostolorum, eorumque Successorum. Graecorum Missa semper longior fuit, & adhuc est quam latina, quae tempore S. Augustini adhuc longior erat quam hodie, & ob querimoniam populorum brevior facta est, ut colligitur ex eodem Aug. Romana Missa brevior est, quam Ambrosiana; quia Mediolanenses praevis Graecorum vestigiis firmiter inhaerent. V. in Gav. p. 2. tit. 17. verba difficultatis intelligentiae in Canone explicata. Quae frustra irrident Haeretici totam sanctam antiquitatem, & totum aecumenicum Concilium & SS. PP. omnibus Graecis ac Latinis blasphemia eorum ora obstruentibus,